



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**DE EXCELLENTI || DIVINAE GRATIAE NATVRA,|| & iis que  
ad eam tùm obtinendam tùm conseruandam ||  
requiruntur, de#[que] ipsius admirabili efficacia ||  
DISPVTATIO,|| In inclyta et Catholica Academia ...**

**Valencia, Gregorio de  
Stevartius, Petrus**

**[Ingolstadt], 1576**

Capvt Qvintvm, Quo, vanitas fidei specialis, quam hæretici requirunt,  
ostenditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46873](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46873)

CAPVT QVINTVM,  
 Quo, vanitas fidei specialis, quam hæretici requi-  
 runt, ostenditur.

LXVII. Libet enim, quoniam in hunc locum incidimus, paululum ex-  
 pendere, ecquæ nam sit fides, quam tantopere prædicant. Non sunt contenti, si  
 quis credat se esse in gratia morali certitudine, qualis haberi solet rerum transi-  
 narum, quæq; satis est ad animum serenandum in omni genere negotiorum. In-  
 bent unumquemq; perinde credere, se iam esse in gratia receptum ab Christi  
 merita, atq; alium quemvis articulum fidei. Hanc fidem quoniam fiduciam  
 & pacem affert voluntati, veluti ab effectu fiduciam appellant. Desperant  
 primùm<sup>a</sup> Lutherus, consentiunt<sup>b</sup> Protestantes, placuit idem<sup>c</sup> Calixtus, deniq;  
 omnes hæretici recentiores in hac leuitate conspirant.

LXVIII. Ostensum verò est sæpè à Catholicis, fieri non posse, ut fide omni-  
 omnino formidinem depellente, id de se quisquam asseueret, eò quod, ut di-  
 na promissio impleatur, qua Deus hominibus pollicetur gratiam propter Chri-  
 stum; necesse est illos gratia cooperari, ut suprà vidimus, quod, ut non, quæ-  
 admodum oportet, faciat, nemo citra reuelationem certò nouit. Ita, quæ  
 certissimè sit credendum, remissionem peccatorum, & gratiam ipsam, quæ sibi non  
 desunt, contingere; nemo tamen credere, aut potest, aut debet, sine omni-  
 midine, se iam omnia præstitisse, ad gratiam recipendam necessaria, ut præ-  
 clarè est à Patribus Concilij Tridentini traditum.

LXIX. Non commemorabimus plurima quæ in Scriptura extant bonæ  
 veritatis testimonia, non Patrum sententias, non rationes, non deniq; ea quæ  
 lenissimè ab hæreticis dicuntur, ut huius veritatis argumentis occurrant.  
 quale est illud quod Kemnitius non sustinens vim illius loci: De proprio  
 peccato noli esse sine metu, festiuè satis propria autoritate fretus, dicit; à Pro-  
 testaticis locum esse corruptum. Tantùm, breuiter explicabimus istorum senten-  
 tia quàm sit absurda, quàm ipsorum etiam pronuntiatum parum consentaneum,  
 quàm denique leuibus nixa fundamentis.

LXX. Constituanus hîc peccatorem aliquem contra conscientiam, ut  
 isti loqui solent, id est, qui se paulò antè nefario scelere contaminariis, ut for-  
 to, ut adulterio. Debet is, inquiunt, primùm omnium credere sibi remissa esse  
 omnia peccata propter Christum, non minùs quàm quemvis fidei articulum.  
 hæc enim unica est eorum iudicij via, ut ei peccata remittantur. Len quæ  
 utrum antequam talis credat sibi esse remissa peccata; ex fide sit certissimè  
 illa ei nondum esse remissa? Concedent procul dubio; siquidem ita eam credi-  
 litatem requirunt ad remissionem peccatorum, ut ante illam quicquid boni  
 de merito

Ita Philipus de-  
 clarat in loco de  
 iustificatione  
 tractans de vo-  
 cabulo fidei.  
 a art. 11. 12. &  
 14. damnatis à  
 Leone. X.  
 b art. 5. & 6.  
 Confessionis  
 Augustan.  
 c c. 5. 29. & 30.  
 suæ institutione.

Sefs. 6. cap. 6.  
 Iob. 9. Ioël. 2.  
 Iona. 1. Psal. 18.  
 Pro. 20. Eccl. 5.  
 1. Cor. 4. Act. 8.  
 D. Hiero. lib. 1.  
 & 2. contra Pel.  
 D. Greg. libr. 9.  
 morali. c. 17. &  
 19. D. Bern. epi.  
 42. D. Chrysof.  
 Hom. 11. super  
 epist. 1. ad Cor.  
 D. Ansel. in cõ-  
 ment. eiusdem.  
 D. Aug. lib. 1. de  
 pec. mer. c. 9. &  
 10. & super Psal.  
 50. & ferm. 16.  
 de verb. Apost.  
 & lib. 83. qq. q.  
 58. & in 2. ex  
 posit. Psal. 18.  
 defin. idem In-  
 noc. 3. c. vnico.  
 De purgatione  
 Canonica.  
 a cõt. c. 9. Sefs.  
 6. Conci. Trid.

de meritis Christi, & misericordia Dei consideret; quicquid doleat de peccatis, nondum tamen gratiam apprehendat. Debebit igitur homo ille tunc credere, sibi propter Christum peccata non esse remissa; quandoquidem id est veritas fidei, neq; reprehendi poterit tanquam infidelis, si in ea fide persistit, qua verum credit. Iam illi videant, quomodo eiusmodi peccatorem iubeant, tanquam fidei articulum, credere sibi esse peccata remissa, quod tantum abest ab articulo fidei, ut sit potius contra fidei veritatem; qua constat illi homini, non esse sibi peccata propter Christum remissa.

LXXI. Si, vel charitate, vel poenitentia, vel Sacramento, vel fide aliorum reuelatorum, quae credulitatem illam praecederet, concederent isti peccatorem gratiam apprehendere; tum demum non absurdè hominem hortantur ad existimandum, se esse in gratia; quando videlicet id praestitisset, quo gratia apprehenditur. Haberent enim motiuum, quo illum ad id vtruncq; credendum incitarent. Cum verò, ante eam credulitatem, asserant hominem in gratia nondum esse receptum, quicquid de Christo consideret &c. & ita homo, secundum istorum doctrinam, firmiter debeat credere: minimè quidem rationi conuenienter faciunt, ab homine verè persuaso, se non esse in gratia, primum omnium, quo in eam recipiatur, requirendo, ut persuadeat sibi contrarium; id est, se esse in illa. Nota enim est intellectus nostri natura, qui ut aliquid speculatiue credat, motiuo aliquo eam credulitatem procedente indiget, ex quo antequam credat, assensum contrarium prius depellere, tanquam falsum, si velit, possit.

LXXII. Ad haec negare non possunt, fidem ad iustificationem requisitam, quacumq; illa sit, donum Dei esse oportere. Testatur id palàm D. Paulus. Iam, quis nouit quali fide credat, tamen si sibi conscius sit sese omnibus reuelatis fidem adhibere? vtrum supernaturalis sit, ex Spiritu sancti afflatu proficiscens, an verò naturalis, quae ad gratiam non sufficiat. Homini certè, non magis nota est per reuelationem, aut scientiam, natura & conditio fidei propriae, qua credit; quam natura dilectionis, qua amat. Vt igitur isti vident, atq; obiiciunt nobis id, quod libenter concedimus, ex nostra doctrina sequi, nos penitus certos esse non posse gratia, eò quòd ignoramus naturam, & conditionem operum, à quibus docemus gratiam quoq; dependere. Sic ipsi fateantur necesse est, se non omnimò gratia certos esse; quippe cum etiam ignorent fidei saltem conditionem, qua dicunt gratiam apprehendi.

LXXIII. Quid, quod opera, quae nos requirimus ad gratiam consequendam, ut charitatè, ut poenitentia, illorū quoq; aliqui requirunt, si non ut dispositiones (oderunt. n. hoc nomen, ob rei significatam imperitiā, vti supra ostensum est) certè ad fulcendam fidem, ut loquitur, atq; adeò ita, ut sine illis, neq; fides illa sua, neq; gratia consistat. At verò exploratus est illis, vtrum haec opera praesent sitcut oportet, quā nobis, vtrum eadē praesent sit? Credo, nō sibi tantū arrogabit.

Nunc

Ephes. 4.

Ita Philippus in loco de iulif. & eius Affecta.

Nunc ergo videant utrum merito possint ipsi certiores esse gratia, quam nos. Siquidem eadem opera requirunt, quae nos, & aequè illis ignota; ac passim reprobrant nobis id, quod nos tamen facile ferimus; videlicet mirum non esse, quod gratia certitudinem, absq; omni formidine haberi posse, negemus; quandoquidem opera requirimus, quorum vis atque conditio non possit esse penitus percepta.

**LXXIII.** Accedit, quod aequè ignotum illis est, num in ipsa viget malus quispiam affectus ob crassam aliquam ignorantiam, atque nobis, utrum vigeat in nobis. Delicta enim occulta, quis intelligit? Ita, necesse est illorum penitus esse certos, utrum fidem habeant quae gratiam, conciliet & foueat. Quandoquidē Scripturae passim docent peccatis etiā ex ignorantia procedentibus gratiam amitti. Tacemus, bellum illud perpetuum, quod ipsi esse, confitentur, cum dissidentia remissionis peccatorum; testimonio esse: Illos non penitus tantae certitudinis consolatione compleri, quantum vane iactant. Ergo leuissima omnis istorum ratio est, minimeq; non solum cum Scripturis, sed etiam secum conueniens.

**CAPVT SEXTVM,**  
Quo, potissima fundamenta vanae eius  
fidei refutantur.

**LXXV.** Sed videamus, quid illos in eam sententiam induxerit. Vult imprimis, piarum mentium consideratione legis, & peccatorum pauidarum (ita enim loquuntur) egregij consolatores videri; negant, aliam illis veram consolationem adferri posse, praeter suam illam gratia certitudinem. Primum ne eos quidem id consolationis praestare posse, ostensum est. Deinde, in ea vera fide, vel inani fiducia potius, veram piarum mentium consolationem non esse positam; sanctissimorum virorum conscientiae, plurimorum auctoritate serenitas, ab ea haereticorum leuitate abhorrentium, testatur. Porro sanctae etiam factorum conscientia, eam parere de propria gratia certitudinem, quae non penitus omnem formidinem depellat, uti facit fides diuina; tamen omnium tranquillet, & incundissima pace perfundat.

**LXXVI.** Differunt sancti Patres de hac vera consolatione multam, quia pauida haereticorum mentes, & conscientia flagitiorum tremefactae, non sentiunt, minime mirandum est, si aliam quarant, quam ex propria conscientia petendam esse negent, in vana credulitate ponant. In quo mirum scilicet, congruunt cum S. Ioanne, cuius sunt illae voces: Qui seruat mandata eius, in Deo manet & Deus in eo, & In hoc scimus, quia manet in nobis, si cor nostrum non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad Deum.

**LXXVII.**

D. Amb. super  
Psal. 118.  
D. Bern. Serm.  
1. in 8. Patriar.  
& Serm. 37. &  
68. in can.  
1. Ioan. 3.